



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Restitvtione Spoliatorvm. Titvlvs V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

gentis, ante litem contestatam objectus, nisi de re judicata, transacta, seu finita, excipiat litigator, litis contestationem non impedit, nec regardet: licet dicat objector quod rescriptum non fuisset obtentum, si, quae sunt impenetranti opposita, fuissent exposita deleganti.

## CAP. 11.

*Per exceptionem peremptoriā, non fit litis contestatio. Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII.

**S**i oblatio ab auctore libello, ex parte rei exceptio peremptoria proponatur, nequaquam per hoc litis contestatio intelligitur esse facta. Imo ea non obstante (nisi sit de illis exceptionibus, quae litis contestationem impedirent fieri oportebit eadem).

## DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

## TITVLVS I.

## CAP. I.

*N*on est de substantia, quod statim post litem contestatam iuratur de calumnia. Ioan. Andr.

Bonifacius VIII.

**S**i de calumnia, seu de veritate dicenda, in primo litis exordio non juretur (ut debet) poterit postmodum in qualibet parte litis jurari: cum hujusmodi iuramenta præstati ab initio, de substantia ordinis judiciorum non existat.

*N*on annullatur processus, licet ratiō emittatur, calumnia iuramen-tum. h.d.

Propter omnissimum quoque tacitū in tota causa calumniae iuramentum, judicialis processus, alia factus legitimus, non est nullus, nec etiam annulandus.

*P*racipit quid in spiritualibus simul de calumnia, & de veritate iuratur. Ioan. Andr.

*Q*uamvis a in causis spiritualibus (in quibus debet de veritate dicenda jurari) canones non indicant alium calumniae iuramentum: nos tamen (quia frequenter calumniā videmus in ipsis) utile reputamus, quod simul (sicut plerique observant) tam de veritate dicenda, quam de calumnia (ut via præcludatur calumniæ) iurari debeat in eisdem.

## CAP. II.

*In causa appellationis iurari, debet de calumnia, & veritate dicenda.*

Idem.

**I**n appellationis causa (quanquam in principali iuramento fuerit) præstare debemus calumniae iuramentum. Et idem in iuramento de veritate dicenda volumus observari.

*P*rocurator deputatus post juramentum calumnia, iurabit de calumnia. h.d.

Procuratores quoque (qui post juramentum calumnia deputantur) teneri volumus (ut alia calumnia vitetur ab ipsis) ad subiectum hujusmodi iuramentum: eriamus a suis dominis, quid ponere, aut respondere, seu agere debant, sicut instruxi.

*J*udex quoque sibi videntur, exigit iuramentum malitiae: etiam si de calumnia, vel veritate iuratum sit. Ioan. Andr.

In omnibus autem causis, nedumante, sed etiam postquam lis fuerit contestata, sive de veritate, sive de calumnia sit iuratum in ipsis, potest judex a partibus exigere iuramentum malitiae, quoque viderit expedire.

*A* Cetera istum, nota, quod iuramentum de calumnia differt a iuramento de veritate. l. 1. 6. quod observari. o. eod. Nam iuramentum de calumnia est de credulitate: unde si aliud sit, non est per iurum, quemadmodum dictum de iuramento parvus respondentis articulo per non credit, neg. respondens confitetur, sed solum relevans adversarium ab onere probandi. Pet. de Ans. Font.

## CAP. III.

*P*rocurator habens speciale mandatum, iurat de calumnia. Ioan. Andr.

Idem.

**N**ihil est tibi iudex injuriam fecisse censetur, qui procuratorem tui adversarii constitutum, ad causam habentem super hoc speciale mandatum, admisit praestandum in ea calumnia iuramentum.

## DE RESTITUTIONE SPOLIATORVM.

## TITVLVS V.

## CAP. I.

*I*n civilibus non admittatur spoliatio exceptio, sed a dñi quā ab auctore. In criminalibus admittitur falsa iuris, immo sit de tota substantia vel majori parte. Exceptio privatae sit intra quindecim dies: alia sit condemnatis expensarum. Ioan. Andr.

Innocentius IV. in Concilio Latiano.

**F**requens b & assida nos querela circumstipula, quod spoliatio exceptio nonnumquam in causis calumniosè proposita, causas ecclesiasticas impedit & perturbat c: dum enim exceptioni infinitas appellationes interponi contingit, & sic interuenient, & plerique perimitur causa cogniti principis & proprieatis, qui voluntarios labores appennit, ut quicquid alii preparamus; siue litibus cupientes impedi, & calumniae materiam amputare: Statuimus, ut in civilibus negotiis, spoliatio objectu (qui ab alio, quam auctore facta proponitur) iudex in principali procedere non possit. Sed si in civilibus ab auctore, in criminalibus autem se spoliatum reus aferat, à quocunque iusta quindecim dierum spatium (post diem, in quo proponitur) quod affect comprobabit: aliquo in expedita, quasi interim auctor ob hoc fecerit (judicis taxatione præhabita) condemnetur: alias si iudicis ex summa vita fuerit puniendus, illum autem spoliatum intelligimus in hoc casu (cum criminaliter acculatur) quoniam sua substantia, vel majori parte ipsius se per violentiam destrutum affirmat: & secundum hoc locum canonis, non credendum est intellectu: quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis opponere nos debemus: habet enim spoliatio privilegium, ut non possit exiū jam nudus.

*E*xceptio de spoliacione falsa a tertio, contra iuram non iudicem, statuendum debet restitucionem petere, alia cum iuramento exceptione non obstante. Ioan. Andr.

Solet d autem inter scholasticos dubitari, si spoliatio à tertio, de spoliacione contra suum iuramentum excepti, an ei tempus à iudice debet indulgi, una quod restitutionem imploret: ne forte sic velut evictus, ut omnem accusationem eludat, quod fatus aquitanus & iuris confonum astimamus e. Quod si inter tempus iudicium restitucionem non petierit, & causam cum pueris non ducat ad finem: non obstante spoliacione exceptio ne deinceps poterit acculari.

*A*genis super rebus ecclesiasticis, non obstat exceptio spoliacionis privatarum rerum, vel in converso. Ioan. Andr.

Ad hoc sancimus, ut rerum privatuarum spoliatio igitur super ecclesiasticis, vel è contrario, nullatenus oportenatur.

## CAP. II.

*E*cclæsia, qui petit restitucionem decimaru[m] (qui se dictum est)

*a* De intellectu vide Mattheum sing. 14. incep. nota, quod dominus addit. Innoc. & Alexan. in l. qui bona, & si alien. s. d. danni infest. *b* vide Mattheum de afflictu decisi. & d. concurbit. *c* in antiqu. Codic. ita, filii iun. *d* ex anno m. p. universitätsbibliothek paderborn

parociam alterius possedit) non audatur, nisi probet possessionem legitimam. Iean. And.

Bonifacius VIII.

**A**d decimas 4, quas canonici b' sancti Nicolai se al-  
serunt intra parochiam ecclesie. Clerici posseditis ali-  
quandiu, & eis per eundem clericum spoliatos fuisse, ne-  
quaquam debent restituiri, nisi evidenter docuerint, quod  
earum possessionem legitimè auctoritatem suorum habent. Quia eas  
occupasse iniuste verisimiliter presumuntur, cum prove-  
niant ex praditis intra alienum parochiam constitutis. Sit  
que manifestum (nisi aliud ostendatur) eas de jure com-  
muni ad eandem ecclesiam pertinere.

### DE DOLO ET CONTUMACIA.

TITVLVS VI.

CAP. I.

Altior contumacia condemnatur in expensis: nec citatur ultio-  
ris ad suam petitionem reua, nisi caverit de saniendo & cam-  
pando.

Innocentius IV.

**A**ctor qui ad terminum venire, ad quem citari  
adversarium fecerat, non curavit, venienti reo  
in expensis d, (propter hoc factis legitimè)  
condemnatur. Ad citationem aliam minime admittendus, nisi sufficierter caverit, quod in termino fideliter  
debeat comparere.

CAP. II.

Judex appallantem & recedentem citare ulterius non tenetur, si  
ante in causa procedere: nisi forsitan appallationi renunciet. Iean.  
And.

Bonifacius VIII.

**E**Vm, qui à tua interlocutoria vel gravamine, quod per  
te sibi proponit illatum, à tua praefacta recedit ap-  
pellans, (cum protestari videatur hoc ipso se nolle coram  
te cetero litigare) citare ad alia, que postea in iudicio  
facienda incumbunt, vel etiam ad sententiam audiendi,  
nisi sponte appallationi sua renunciet) non tene-  
ris. Nec ideo minus (quod in ejus absensia processeris)  
tuis processus validus reputari debebit.

### DE EO QUI MITTITVR IN POSSES- SIONEM CAUSA REI SER- VANDAE.

TITVLVS VII.

CAP. VNUS.

Quando agitur de beneficio ecclesiastico, ob contumaciam res-  
ponsum fit in possessionem, sed ad sententiam lite non conteftata  
proceditur.

Innocentius IV.

**E**Vm f, qui (super dignitate, personatu, vel bene-  
ficio ecclesiastico obtinendis) cum aliquo litigat  
possessore, ob partis adversae contumaciam, causa  
rei servanda in ipsorum possessionem statuimus non mit-  
tendum: ne per hoc ad ea ingressus patere valeat vitio-  
lis. Sed liceat in hoc casu (contumacis absensiam divi-  
na repleta praesentia) etiam lite non conteftata g, diligenter examinato negotio, ipsum fine debito termi-  
nare.

a. Vid. Matt. de affl. deci. 32. b. vide Bald. gl. c. fin.  
supr. de preci. Font. c. al. ita: Innoc. IV. in concil. Lugdun.  
d. vid. Bald. in l. sanctiss. C. de jud. & i. posse. litig. de del. &  
contum. Font. e. al. ita: Innoc. IV. in concil. Lugdun. f. Am-  
plius istud cap. ad frustulas beneficium, nec fiet eorum sequestra-  
tio nisi in Clem. II. de seq. pof. Phil. Font. g. Ubi contra contuma-  
ciam non mutius in possessionem, & si mora sit periculosa, prece-  
ditur ad definitivam.

### V T LITE PENDENTE NIHIL INNG.

VETUR.

TITVLVS VIII.

CAP. I.

Si ex dubius litigantibus electis alter decedat, renunciet, vel à  
prosecutione causa excludatur, si lita pendente cum reliquo fuerit a-  
lia electio facta, non inter.

Bonifacius VIII.

**D**ependit, quæ propter electiones diversas eccl-  
esi patiuntur interdum, occurrere cipientes:  
Statuimus, ut si (aliquibus apud fedem Aposto-  
licam, vel alibi liuantibus, super electionibus de se in  
discordia celebratis) aliquem iporum mori, vel suo iuri  
renunciare, aut à prosecutione ipsius contingit quoquo  
modo exclusi: ad electionem aliam (lite super electione  
superficiis electi pendente) nullatenus procedatur. A-  
lijs attentata contra hoc electio, ipso jure viribus non  
substat.

CAP. II.

Si beneficiatus (contra quem super beneficio litigatur) cedit, vel  
decedit, si alia lita pendente cum superficie fuerit electus, nos va-  
les electio. Si vero aliqui (quorum inter se) ad defensionem li-  
ti velint admitti, in eo statu, in quo erant causa, admittentur. Iean.  
And.

Idem.

**S**i iij (contra quos super dignitatibus, personatibus, vel  
aliis ecclesiasticis beneficiis, quæ possident a litigatur)  
lite pendente cedant, vel forte decedant: ne propter  
novos adverbarios (qui malitiosè interdum petitoribus  
furtagantur) litigia in ecclesiarum dispendium protogra-  
ri contingat: statuimus, ut dignitates, personas vel  
beneficia hujusmodi (donec contra superficies lis finita  
fuerit) alii nullatenus conferantur, nec ad ea eligatur  
quispiam, vel etiam praesentetur. Quod si fecus alcum  
fuerit, eo ipso iurium habeatur. Sane si ad defensionem  
ipius litis, aliqui quorum inter se, petierint se admitti,  
eos in illo statu, in quo ipsam invenient, decernimus ad-  
mittendos.

### DE CONFESSIS.

TITVLVS IX.

CAP. L

Super fallo negativo per partem improbabili (si judicii videbi-  
to) est admittenda positiva. Domine.

Innocentius IV. in concil. Lugdu-  
nanfi.

**S**i statuimus s, ut positiones negativas (quæ probati  
non possunt nisi per confessionem adverbariorum) judi-  
cates admittere possint, si exequitate suadente viderint  
expedire.

CAP. II.

Si reus iussu positionibus respondere recusat, vel si contumaci-  
ter recedit, habeantur pro confessari: scimus si prius quam sic ius-  
sus esset, consumata fuerat: nam tunc procedetur contra eum san-  
quam contra contumaciam. Iean. And.

Bonifacius VIII.

**S**i post praestitum veritatis aut calumniae juramen-  
tum, reus vel procurator ipsius, positionibus ab  
adversario sibi factis interrogatus, iussusque à judi-  
cante.

a. Rg. Phil. & Pet. de Anch. cap. quod in beneficibus & fl  
vera posse, & illa est causa quare in talibus suis posse, sicut  
ut in profanis: & limitam ipsum textum Anch. & Dominicu, non  
procedere in posterum decedente: neg. obsecr. Clem. 10. si abero. in eod.  
qua illa intelligatur, quando nulla in penitus mortua petire: item  
limitatur textus quando fuerit inter prouisionem à Papa, & eum ad  
quem fuerit prouidere. Phil. his Font. b. vide Paul. de Capt.  
conf. 107. incip. ad primum. vol. 2. & Cyn. 1. 2. 6. sed quia. v. de  
jur. cat.

eeee